

Johann Cothmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S. S.
Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias Quas ... Virgini, Annae Pegels/ Cum
Domina, Priori ... S. Crucis, hodie ... Vir ... Henricus Schuckmann/ I.U.D. ... ex
defunctae voluntate adornatas cupit Omnium ordinum cives Academicos ...
invitat**

Rostochii: Kilius, 1641

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776207342>

Druck Freier  Zugang



C o t h m a n , J. ,

i n

A. P e g e l.

R o s t o c k , 1 6 4 1 .

28.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776207342/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776207342/phys_0002)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776207342/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776207342/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776207342/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776207342/phys_0004)



4.

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,



S: Theologiz Doctor &
Professor.

AD
EXEQVIAS
QVAS

Piissima ac Castissima Virgini,

ANNÆ PEGELES/

Cum Dominâ, Priori, & ceteris

Sanctimonalibus S. Crucis,

hodie horâ primâ,

Vir Consultissimus & Clarissimus

HENRICUS Schuckmann J.U.D.

& Professor, ex defunctæ voluntate

adornatas cupit.

Omnium ordinum cives Academicos, quâ par
est, diligentia invitari.

• 6(0) •

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad, Typogr. Anno 1641.

32.

PROGRAMMA
PRO
RECTOR
UNIVERSITATIS ROGOCHEMUS
JOHANNES GOTTHAMAN

S. S. THEOLOGIE DOCTOR

PROFESSOR

A.D.

1719

Q.V.M.

PUBLICA ET CIVILIA MAGISTER

ANNA FRANCISCA

CATHARINA PONTELLIUS

CATHARINA PONTELLIUS 2 C. 1625

PODIE PODIE

PODIE PODIE

HENRICI QUILFELDI AD.

ET HENRICI QUILFELDI NOTHARTE

NOTHARTE

QUILFELDI ET HENRICI QUILFELDI

NOTHARTE

NOTHARTE

NOTHARTE

NOTHARTE

NOTHARTE

NOTHARTE

NOTHARTE

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiæ Doctor
& Professor.

Virginitatem immodicis in papatu antehac, & etiamnū laudibus esse elatam, publica testantur scripta. Hinc Bernhardus sermone 21. de virginitate, virgines in æternâ beatitudine feliciores fore ait, utpote quæ in hac vitâ Angelicam ducant vitam. Unde excludat idem: ô sublime meritum virginum, ô gloriam excellentem, ô præmium spirituale. Quemadmodum enim in multishabitationibus unus præ alio magis honoratur, ita virginibus contingere creditur in papatu. Quas præ reliquis in vitâ æternâ electis, ita honoratum iri arbitrantur, sicuti luna præ cæteris sideribus præminet. Licet vero talia extra & præter, imo contra scripturam dicantur, non tamen propterea omnis laus pijs & honestis virginibus deneganda, imprimis si talis sit, in quâ non conspiciatur improbus vultus, non vagi oculi, non infrenis lingua, non petulans

B 2

ris us,

risus, non scurrilis jocus, non indecens ha-
bitus, non tumidus aut fluxus incessus. Quæ
enim hisce, ut & alijs virginem piam & castam
decentibus prædita virtutibus, utiq; laude di-
gnissima est. Ne jam longè abeamus, commen-
dationem illam rectè competere arbitramur
virgini, dum vivebat, piissimæ & castissimæ, cui
nunc exequias paramus, ANNÆ Pegels/ quæ
Iucis hujus usurâ primum frui cæpit seculi su-
perioris 1595.8. mensis Januarij die, inter 8.&9.
vespertinam, hîc Rostochij. Patrem habuit
Clarissimum & Excellentissimum Dn.D. MA-
GNUM PEGELIUM, in Academiâ primum
Juliâ, deinde in hac nostrâ Mathematicæ
quondam professorem celeberrimum ac me-
ritissimum; Cujus singularis eruditio ac inge-
nij promptitudo, cum famâ publicâ comen-
daretur gloriofissimo Imperatori Rudolpho
II. tanto illum prosecutus est favore, ut eun-
dem hinc Pragam avocatum toto vitæ suæ
tempore Mathematicum haberet: Cū in illâ
statione & vocatione cæsariâ sese solerterem de-
disset, alijs Illustrissimis personis innotuit. Un-
de factum est, ut ab Illustrissimo ac celsissimo
principe ac Domino, Domino PHILIPPO,
Pomeraniæ duce, literarum ac literato-
rum patrono laudatissimo, gratiosè habitus
sit

sit, ac sedini comædiam hujus vitæ feliciter
absolverit. Matrem habuit cognominem
A N N A M Stuven matronam virtutibus Chris-
tianâ muliere dignis conspicuam. Avus pa-
ternus piè defunctæ nostræ virginis fuit claris-
simus Dn. M. C U N R A D U S P E G E L D U S Illu-
strissimi Ducis Megapolensis Magni cogno-
minati consiliarius, & Academiæ nostræ Pro-
fessor celeberrimus, ex antiquissimâ & in urbe
Wismariensi, per trecentos circiter annos
(sicuti ex pervetustis monumentis publicis
constat) florentissimâ Pegeliorum familiâ
oriundus. Avia paterna fuit **A N N A** Boltens/
ex prosapiâ der Boltens und Tacken in nomi-
natâ anteaurbe Wismariensi proghata, à vir-
tutibus muliebribus commendatissima. A-
vum maternum habuit **N I C O L A U M** Stuven
civem quondam & cerevisiarium urbis hu-
jus integerrimum. Aviam verò maternam ma-
tronam honestissimam Zaleken Besdins. Ex
quibus honestis majoribus defuncta nostra
virgo progenita, sacro Baptismatis fonte
inititata, Christo Redemptori suo nomen pro-
fessa est. Et postea à teneris Unguiculis in stu-
dio pietatis, cæterisq; virtutibus virginem ca-
stam piam & pudicam exornantibus, majores
progressus fecit, quod vel inde declaravit,

B 3

quod

quod se omnibus piam & pudicam exhibuerit.
Pietatem, quam hujus & futurae vitaे promissio-
nē haberent, sedulò sectata fuit. Et, ut à ter-
renis avocamentis esset remotior, solitariā vi-
tam, dono continentiae prædita, elegit, & in
cœnobio virginum, quod est hīc Rostochij ex-
emplariter vixit. Non enim similis fuit illis
hominibus, de quibus Apostolus ait, quod for-
mam tantum pietatis habeant, Cæterum vim
ejus abnegent. Proinde toto animo, sicuti scri-
ptura ait de ihs, qui sine hypocrisi Jehovam ve-
nerantur, Deum dilexit, suasq; in Christo so-
rores verbis & exemplo ad pietatem cohorta-
ta fuit. Et quia dicente Augustino in Medita-
tionibus sola perse verantia coronatur, in illo
pietatis studio & fervore ad finem usq; con-
stans permanxit. Cumq; saepius cum morbis
conflictaretur (folet enim judicium Dei ab
ipsius domo incipere, quia Deus quem diligit
castigat) non suos quos sensit dolores exag-
geravit, sed id Unum illam malè habuit, quod
cætui ad sacra peragenda congregato interes-
se non posset. Et quamvis impediente morbo
id non licuerit, privatis tamen precibus salu-
tem Ecclesiæ & afflictum ejusdem statum Deo
commendavit, seseq; in legendis Biblijs dili-

boup

genere exercuit. Quamvis ingravescente morbo s^epius prohibita sit, non tamen se à lectio-
ne scripturarum avelli passa fuit. Sed levamen a-
liquod morbi sentiens statim exercitium le-
ctionis scripturarum continuavit. Et ex illâ
crebrâ & continuatâ verbi divini lectione tan-
tam acquisivit scientiam, quam deinceps
praxi vitæ Christianæ exornavit, ut paucas vir-
gines pares, nullas superiores habuerit, supe-
rioribus reverentiam, sui similibus comita-
tem & humanitatem, ut & inserviendi prom-
ptitudinem, inferioribus amorem candidum,
cognatis & amicis benevolentiam, egenis &
exulibus (quorum hoc tempore eheu! plures
sunt) liberalem sese pro facultate sua exhibu-
it. Et si votis fuisset locus, diuturniore vita
dignissima fuisset. Verum quia Deo placuit
& ipsi gratissima fuit, eidem à primo fermè æ-
tatis ingressu mortis prodromos misit, quæ
corpus alias debile s^epius infestarunt. Ante
tempus semestre soliti morbi passa est recidi-
vam, & vehementi cephalalgiâ ac dispnæâ
ægrotare cœpit, quâ subinde ingravescen-
te, factum est, ut omnis Medicorum opera
fuerit elusa. Sentiens igitur, ultimam præ fo-
ribus esse vitæ horam, sicuti per totam vitam
fecit,

fecit, ita se se nunc divinae voluntati subjicit,
ac filiali fiduciâ in meritum Christi spem o-
mñem collocavit, ac præterito die Jovis, qui
erat 12. mensis currentis circa sextam matuti-
nam, cum esset quadraginta & septem fer-
mè annorum, cum pleno rationis usu, citra ul-
lum mortis sensum, pië ac placidè in domino
obdormivit. Eoq; ipso testatum fecit, nihil in
mundo esse perpetuum. Nam antiquissimæ fa-
miliæ Pegeliorum decus, quod illa vivente re-
præsentabatur, una cum illa esse desijt, dum
ultima illa ex hac familia residua per mortem
ablata fuit. Huic pijssimæ, dum vivebat, vir-
gini, funus adornare constituit vir Amplissimus & consultissimus Dn. HENRICUS
Schuckmann / in Academiâ nostrâ Antecessor
juris celeberrimus, qui illam filiæ loco habuit.
Agite ergò cives Academici omnium ordi-
num honoratissimi, funeris deductionem ma-
gnâ frequentiâ exornate, ac inter eundum
mortalitatis vestræ memores estote, simulq;
pro obtainendâ pace ac in columitate Ecclesiæ
afflictissimæ, vota fundite. Dab. Rost. sub
sigillo Universitatis 16. Aug.
Anno 1641.

Conventus fiet in Templo Jacobeo.









Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776207342/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776207342/phys_0015)

DFG



genererexercuit. Quamvis i-
bo s̄apius prohibitasit, no-
ne scripturæ avelli passa fu-
liquod morbi sentiens stat-
tionis scripturarum cont-
crebrâ & continuatâ verbida-
cam acquisivit scientiam
praxi vitæ Christianæ exorn-
gines pares, nullas superio-
rioribus reverentiam, sui-
tem & humanitatem, ut &
ptitudinem, inferioribus an-
cognatis & amicis benevol-
exilibus (quorum hoc tem-
sunt) liberalem sese pro fac-
it. Et si votis fuisset locus,
dignissima fuisset. Verum
& ipsi gratissima fuit, eiden-
tatis ingressu mortis prodi-
corpus alias debile s̄apius
tempus semestre soliti mor-
vam, & vehementi cepha-
ægrotare cœpit, quâ subi-
te, factum est, ut omnis M.
fuerit elusa. Sentiens igitur
ribus esse vitæ horam, sicut

intemor-
à lectio-
amen a-
tium le-
t ex illâ
one tan-
einceps
ucas vir-
it, supe-
comita-
li prom-
adidum,
genis &
! plures
exhibu-
re vita-
placuit
ermè æ-
it, quæ
t. Ante
t recidi-
dispnæ à
avescen-
opera
n præ fo-
nvitam
fecit,

